



ATRII AREA.



a murus sex cubitos crassus, qui totam portam circumdat.
 b cetera lata denos cubitos. c d, quorum liminum crassitudo est
 sex cubitorum: uidelicet quanta est muri crassitudo ab e ad f.
 Altitudo tamen (que hic longitudo uocatur, propterea quod
 alior est, quam latior) est tredecim cubitorum. g celle utrin-
 que trine longitudine & latitudine fenorum in fundamento cu-
 buorum, quadratae. h cellarum appendices, singulos cubitos
 patentes: scilicet in superiore parte cellarum, ubi erant cena-
 cula sub quibus appendicibus ad perpendicularum est eiusdem la-
 titudinis spatium ante cellas, quod ipsis cellis, non uestibulo,
 tribuitur. i spacia quinquorum cubitorum inter cellas, que spa-
 cia intelligenda sunt in solo. Nam superiore parte detrahunt
 appendices de ijs spacijs utrinque singulos cubitos. It a fit, ut cum
 cellarum fundamenta distent inter sese quinos cubitos, a k ad
 l appendices distent ternos, ab m ad n.

Sint enim celle A B, appendices C D. Cum ab A ad B sint
 quinque cubiti, a C ad D sunt tres.



Sed intelligenda sunt eadem quinquorum cubitorum spacia
 etiam inter cellas & portae murum, ab o ad p, ut patebit in
 portae longitudine. q uestibulum est latum octo cubitos, ab r
 ad s: quod uestibulum abest a portae limine, hoc est, ab exte-
 re liminis linea, sex cubitis, e f. nam liminis crassitudo non tri-
 buitur